

Massaini, Tiburtio. *Primus liber missarum sex vocibus. . . .* Venezia, Ricciardo Amadino. 1595. RISM M1278.

Title:

PRIMVS LIBER
MISSARVM SEX VOCIBVS
TIBVRTII MASSAINI CREMONENSIS,
Nuper editus.
[Printer's mark]
Venetijs apud Riciardum Amadinum,

M D XCV.

[In border at bottom: musical staff with notes and text "Laudate Deum ij"]

Dedication:

ADMODVM ILLVSTRI | ET REVERENDISSIMO DOMINO, | D. IACOBO
FVGGERO | Cathedralis Ecclesiæ Constantiensis Præposito, Baroni in Kirchperg. | &
Vueiffenhorn, &c. Domino summa obseruantia colendo | S. D. P. | *TIBERTIVS*
MASSAINVS. |

ET si ea in me non est ingenij vis, ac facultas (Iacobe castiff.) ut te virum præ-
stantiffimum ac omnibus numeris absolutiffimum dignis laudibus efferre, | tuasq;
egregias, fingulares, ac prope diuinas virtutes celebrare possim; | cogor tamen quadam
animi propensione eas semper venerari, atq; admirari. | Non enim sum nescius, te unum
omnibus viris doctiffimis ad historiam con-|scribendam, oratoribus facundiffimis ad
præclare dicendum ingens argu-|mentum multò ante præbuisse, & propter prudentiæ
fingularis signa cla-|riffima, ab ineunte ætate edita, & propter acumen ingenij, quo breui
tempore adolefcens diuer-|sarum nationum linguas facil percepisti, & propter perpetuam
vitæ tuæ integritatem atq; | innocentiam, ac contemptioem facultatum, ac divitiarum,
quibus Fuggera tua Familia ad om-|nem copiam, ac largitatem excellit, atq; abundat.
Idcirco me continere non possum, qui hoc | tenui munufculo meam in te Perillustrem
virum, honestiffimoq; Sacerdotio insignem immensam | obseruantiam omnibus patefaciam;
quam ex eo tempore quedam tuarum virtutum præclariffi-|marum admiratio in me
excitauit, cum sacras illas meas Cantiones sex vocum Perillustri Patrum | tuorum nomine
cohonestatas, ac munitas in hominum manus emisi, dignusq; iudicatus fui, qui | inuitarer
ad primitias rei Diuinæ à te primo factæ in templo illo Augusto Patrum Societatis Iesu,
|quod construētum ope, atq; opera Fuggeræ tuæ familiæ perpetuum Magnanimitatis,
Pietatis |, ac Religionis illius monumentum extabit. Nam eo temporis spatio (quamuis
exiguo) tot, ac | tam præclara naturæ, ac industriæ ornamenta in te esse perspexi, ut ea
summpere admirans per-|petuò te mihi diligendum, colendum, atq; obseruandum
propofuerim, & cum oportunitas se se mihi offerret, hanc meam in te pietatem tibi
fignificandam duxerim. Quare cum hoc tempore | hos meos libros sex uocum edere
statuiffem, quibus sacra Missarum solemnna suaui concentu ca-|ni possunt, eos tibi Dei

præpotentis sacerdoti dedicandos iudicavi: Id quod mihi libentius faciendum fuit, quòd te omnium rerum, quæ ad religionem, & pietatem in animis hominum inserendam pertinent, & uti studiosum cæterarum scientiarum, ita etiam hujus artis Muficæ peritiffimum esse cognoui. Tu igitur pro eximia animi tui magnitudine eos accipies, tuoq; nominis clypeo munitos cohonestabis, qui per se fati tenues nihil amplum, nihil dignum (preter verborum sacrorum sententiam, & perillustrem nominis tui præscriptionem) prefeferunt. Vale. |

Cremonæ Calendis Maij M D XCV |

Contents:

[Unknown number of 6-voice masses]

Part-book:

CANTVS PRIMVS (Title page and dedication only)

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: I-Bc (microfilm). RISM M1278.